

credentis secum dispensatum et non ita oculate videntis, fuit dispensacio expedita' 1).

An anderen Stellen steht am Rande: 'De officio ecclesie regularis et quod locus et porcio similiter teneretur'. Dazu sagt der Text: 'Item expedivit Gualbes de consensu dominorum provisionem super infirmaria ecclesie Bellicensis, que inibi officium est, et non dixit 'claustrale', sicut dicitur in officiis monasteriorum, non obstante, quod ecclesia est ordinis sancti Augustini, et posuit, quod locus et conventualis in eadem de consuetudine simili obtineri consueverunt'.

'Dispensacio litteris non confectis'. Dazu im Text: 'In impetracione, ubi narratur concessio dispensacionis litteris non confectis, voluit Bigneti, quod poneretur ex stilo 'dispensavit' et non 'dispensari concessit'; Rizonibus et aliqui alii contra'.

'An per 'provide valere' sit provisum sufficienter, si habuit dispensandus [septennium?]²⁾ de non promovendo'. Dazu im Text: 'Papa dissensat ratione parrochialis ecclesie de non promovendo ad septennium pro asserente falso se magistrum in artibus, qui tenuit parrochiam per VI annos et nunc habuit aliam dispensacionem ad aliud septennium a fine primi septennii cum 'provide valere' a datis presencium. Dixit Bigneti in presencia Rogeri, Rizonibus et aliorum, quod illi esset sufficienter provisum, si alteri non esset jus quesitum ante datum 'provide valere' etc.³⁾. Voluit forsán dicere, quod dispensacio non sit ipso jure nulla, sed per exceptionem. Postea episcopus Urbinatensis interrogatus dixit contrarium, et quod illi esset necessaria nova provisio et abilitacio, secundum opinionem meam. Sed quid dicendum erit, quia tales dispensaciones sepe fuerunt expedite; credo, quod bene dispensacio valeat a datis et littere sint bone, sed quo ad post 'provide valere' impetrantes, parti non est provisum'.

'De examine pro licenciato et pro nova provisione'. Dazu im Text: 'Die VII. junii 1477 fuit conclusum per Castello, Bigneti et Gualbes, quod pro licenciato in altero jurium darentur littere sicut pro presente, quamvis absens sit, quia dixerunt, quod quilibet licenciatus fieret cum rigore examinis, regula contraria non obstante, que vult, quod cum rigore examinis licenciati non examinarentur. Asseruerunt enim, sic de consuetudine esse observatum; voluerunt eciam, quod petentes novas provisiones super beneficiis acceptatis in vim . . .⁴⁾ non examinarentur; fuit alias contra Rizonibus, qui dixit, quod

1) Es folgen noch einige sehr schlecht lesbare Zeilen allgemeineren Inhalts. 2) Schlecht lesbar, 'sumpticiam'? 3) Folgt ein unlesbarer Passus von zwei Reihen. 4) Unlesbar, etwa 'exprimarii'.